



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De Matrimonij Sacramento notæ, seu instructio Pastorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

DE SACRAMENTO MATRIMONIJ INSTRUCTIO.

I.



Matrimonium tametsi inter nouæ legis sacramenta Ordine postremū sit, dicitur tamen ab Apostolo magnum sacramentum in Christo & Ecclesia, quod eius arctissimæ necessitudinis, quæ Christo cum Ecclesia intercedit, & immensæ erga nos charitatis sacrum sit signum.

Matrimonium Sacramentū.
Ephes. 5.

II. Est verò matrimonium viri & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas indiuiduam vitæ societatem retinens.

Matrimonium quid.

III. Eius quasi materia sunt vir & mulier contrahentes, forma sunt verba aut horum loco nutus, & signa quibus consensus mutuus exprimitur. Fines susceptio & educatio proles, domestica societas & communicatio eorum, quæ ad vitam sunt necessaria, esse remedium contra concupiscentiam, esse signum coniunctionis Christi cum Ecclesia. Quorum primus est primarius, reliqui sunt secundarij. Causa efficiens Matrimonium est mutuus consensus, per verba quæ præsens tempus significant, expressus. Effectus gratia, naturalem coniugum amorem perficiens, & indissolubilem vnitatem confirmans, quam Christus Venerabilium sacramentorum institutor atque perfector sua nobis passione promeruit. Et hæc facit vt vir & mulier mutuæ charitatis vinculo coniuncti, alter in alterius beneuolentia conquiescat, alieno-

Matrimonij causæ.
Materia.
Forma.
Fines.

Effectus

Efficiens.

Concil. Trid.
sess. 24. in
doctrina de
Matrim.

Meb. 13.

alienosque & illicitos amores & concubitus non querat, sed in omnibus sit honorabile connubium, & thorus immaculatus.

Ætas contrahendi matrimonij.

Concil. Provinc. anno 1536 par. 7. cap. 44. 1. Corin. h. 11.

IV. Ad contrahendum matrimonium ætas legitima requiritur. In masculo quidem ut sit quatuordecim; in foemina verò ut sit duodecim annorum.

Ibidem.

Missæ præmittenda benedictio ni coniugum.

V. Sponsi non in privatis ædibus, sed publicè in templo, solenni ritu coniungi & benedici debent. Qui in privatis domicilijs coniungi malunt, ijs, illud Paulinum opponendum: Num Ecclesiam Dei contemnitis?

Ibidem.

VI. Nuptiarum celebrationi secundum antiquos canones, & receptum huius Ecclesiæ consuetudinem semper Missæ sacrificium præmittendum est, siue primæ illæ sint siue secundæ. At benedictio nunquam secundis impendenda, hoc est mulier quæ semel benedicta est, secundo benedici non debet, secus si aliàs benedicta non sit.

Matrimonium non nisi præfente parochio firmum Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 1.

VII. Matrimonium ut constet firmumque sit nunquam nisi præfente proprio Parocho, hoc est in cuius Parochia saltem alteruter sponsorum habitat, aut alio sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarij licentia & duobus tribusve testibus contrahi debet. Aliter contractum irritum prorsus est atque nullum.

Dimissoriales literæ quibus necessariæ.

Sacerdotum sine licentia Parochi proprii coniugium pœna. Ibidem.

VIII. Unde intelligunt Parochi diligenter sibi cavendum ne alterius Parochiæ subditos coniungant, nisi Dimissorialibus literis visis, quæ & de factis denunciationibus & proprii Pastoris aut Ordinarij consensu atque permissu expressam mentionem contineant.

IX. Qui sacerdotes siue regulares siue sæculares sint, alterius

terius Parochiæ subditos sine obtenta in scriptis licentia coniungere attentauerint, ipso iure tantisper ab officio suspensi sunt, donec ab Ordinario Parochi, ad quem coniunctio pertinebat, absoluantur.

X. Neque poenam ab Ordinario infligendam effugiet Pastor aliusve ex commissione sacerdos, qui cum minore quam duorum vel trium testium numero, neq; testes qui sine parochi aut alio sacerdote facultatem habente eiusmodi contractui interfuerint, nec denique coniuges, qui ita nulliter matrimonium contrahere præsumserint.

Pœna coram
qui sine te-
stibus con-
iungunt.

XI. Peregrinos nec non incertis sedibus vagantes Pastores non coniungent, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & read Ordinarium delata ab eo licentiam obtinuerint.

In peregrinis & vagis
cõiungendis quid agendum.
Concil. Trid.
ibid. cap. 7.
Concil. Provinc. anno
1536 p. 7.

XII. Ab aduentu Domini vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vsq; in octauam Paschatis inclusiue matrimonium in facie Ecclesiæ solenni ritu celebrare non licet.

cap. 45.
Matrimonia quando
non celebrantur.

XIII. Ludicra quæ plerisque in locis post coniunctionem sacerdotalem in pulsandis sponis adhiberi solent, penitus tollenda sunt. Est enim res sancta Matrimonium & sanctè tractandum.

Concil. Trid.
ead. sess. c. 10
Concil. Provinc. anno
1536. d. loc.
cap. 47

XIV. Qui intra gradus prohibitos scienter aut omissis solennitatibus consuetis ignoranter Matrimonium contraxerunt, sine vlla spe dispensationis obtinendæ separari debent.

De contrahentibus
matr. intra
grad prohibitos
Concil. Trid.
ead. sess. c. 5.

XV. Quod si Summus Pontifex dispensatorio diplomate matrimonium intra prohibitos gradus contractum

De dispensationibus
intra gradus prohibitos.
Concil. Provinc. d. cap.
48.

X appro-

approbandum duxerit, diligenter causas quæ dispensationem extorserunt, Parochus examinabit. Quas si aliter quàm narratum est, se habere perspexerit, dispensationem eiusmodi nullius roboris iudicabit.

Coniuges
noui de
quibus à
Parochis
monendi.
Can. Quo
tisemque
33. 1. 4.

XVI. Antequam novos à se cōiuges Pastores dimittant, ad mutuum eos amorem & benevolentiam, ad omnem conjugalem honestatem & continentiam, ad fidem perpetuò seruandam hortabuntur, nec non vt in maioribus solennitatibus, communionis & ieiuniorum diebus ex præscripto Ecclesiæ; orationis verò gratia ex mutuo consensu secundùm D. Pauli consilium à corporum commixtione abstineant.

1. Cor. 7.

Quomodo
ad novos
coniuges
loquendū
Catech. ad
Par. de ma
rim. c. 11.

XVII. Verùm hic, cùm de Matrimonij vsu Pastores agent, cautè prudenterque sermonem instituent, vt nullum ex eorum ore verbum excidat, quod fidelium auribus indignum esse videatur, aut pias mentes ledere, aut risum mouere queat.

Desepara
tione con
iugū, quo
ad thorum
& cohabi
tationem.

XVIII. Matrimonium legitimè contractum tametsi quoad vinculum sit prorsus indissolubile, tamen si alter coniugum in adulterium prolabatur, quoad thorum & cohabitationem separari posse extra controuersiam est.

Quis con
iuges sepa
ret.

XIX. Et quanquam vtrumq; priuata auctoritate nonnunquam fieri possit; tamen ne hominum leuissimorum temeritate & imprudentia Matrimonij sacramento iniuria inferatur, iudicis auctoritas interuenire debet.

De diuor
tiis priuata
auctoritate
factis.

XX. Qui autem priuata auctoritate diuortium fecerūt, monēdi sunt, vt vel reconcilientur inuicem, vel discessio-

nis

nis suæ causas coram ordinario proponant, quod nisi fecerint, à communione repellantur.

XXI. Nec eorum scelus Pastores sua conniuentia nutri-
ent, qui mulierculas vxorum loco domi suæ fouent, sed
pro iniuncto sibi munere seridè commonefacient, vt aut
matrimonium contrahant, aut si id nolint, vel fortè pro-
pter impedimentum canonicum non possint, ab illicita
consuetudine abstineant; alioquin sacramentorum vsu il-
lis interdican, ac Ordinario pro eo ac merentur punien-
dos denuncient.

De concu-
binarijs
non feren-
dis.

XXII. Quod si Parochus incolas & aduenas in sua Paro-
chia habeat, de quibus an in facie Ecclesiæ coniuncti sint
ambigitur, monebit, vt solennes in Ecclesia matrimonij ri-
tus celebrent, aut se alibi fecisse idoneis testimonijs pro-
bent.

De his de
quibus nō
constat an
ritè cōiun-
cti sint.
Stat. Adol-
phi 3 in cōf.
& decret.
cap sepius
expressi.

XXIII. Nèc villo modo tolerandi sunt homines sacri,
qui solenni castitatis voto per religionis approbatæ pro-
fessionem, vel maioris ordinis alicuius susceptionem
obstricti ad sacrilegas nuptias conuolarunt, verum nomi-
na eorum ad Ordinarium deferantur & excommunica-
tioni innodati publicè denuncientur, donec re ipsa separa-
ti absolutionem obtinuerint.

pag. 4 14.
Apostata
sacrilegi
ad Ordina-
rium defe-
rendi.
Stat. Adol-
phi 3 pag.
465.

XXIV. Ad extremum habet Parochus librum in quo
coniugum & testium aliquot nomina diem que & lo-
cum matrimonij contracti describat, quem
apud se diligenter custodiat.

De libro
Pastorali
in quo cō-
iugio scri-
bendi.
Conci. Trid.
sess. 24. de
reformat.
cap. 1.

